

Apostolica roboramus, & futuris temporibus ratam & inconvulsam perpetuo manere decernimus. Sed nec alicui liceat, in praefatam Ecclesiam sancti Amantii interdicti sententiam promulgare, quando tu vel successores tui, aut fratres tui, a Sede Apostolica evocati, de objectis sibi querelis iustitiam facere ac recipere coram Romano Pontifice fuerint parati. Statuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, te vel successores tuos super his infestare, aut vobis exinde aliquam contrarietatem vel molestiam inferre. Si qua vero ecclesiastica seu secularis persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni: Conservantes autem haec, omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, & nostram gratiam consequantur. Amen.

Dat. die 30. Martii anno Dom. 1144. Pontif. an. 1.

Datum Laterani per manum Baronis Cappellani, & Scriptoris, IV. Kal. April. Indictione VII. Incarnationis Dominicae anno MCXLIV. Pontificatus vero Domini Lucii Secundi Papae I.

VIII.

Confirmatio honorum, quae Gradenfis Ecclesia Constantinopoli, in Histria, & Venetiis potitur.

Ex Regesto Patriarchali descriptum edidit Ughel. Ital. Sac. T. I.

Exordium.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, Ven. fratri Henrico Patriarchae Gradenfi, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apost. recipit.

Eiusque fines juxta Leonis IX. exterrumque Pontificum Diploma confirmantur.

Privilegia omnia, haecenus Patriarchae concessa, rata habet.

EX commisso nobis a Deo Apostolatus officio, fratribus nostris tam vicinis quam longe positis paterna nos convenit provisione consulere, & Ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam iustitiam conservare; ut quemadmodum, disponente Domino, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Huius rei gratia, Ven. frater Henricus Patriarcha, tuis postulationibus clementer annuimus, & Gradensem Ecclesiam, cui auctore Deo praesse dignosceris, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Igitur praedecessorum nostrorum, Pelagii, Alexandri, Urbani, & Innocentii auctoritatem sequentes, illius praecipue constitutionis tenorem servantes, quam praedecessor noster Leo IX. Papa sancivit, & synodali iudicio, & privilegii paginam confirmavit, tibi tuisque successoribus, canonicè substituendis, Patriarchalem concedimus dignitatem, & magisterium Gradenfis Ecclesiae; gerendum in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos praedecessores nostros eidem noscuntur Ecclesiae constituti. Crucem quoque apte te ferendam esse concedimus, nisi cum Romae fueris, aut in praesentia vel Comitatu Romani Pontificis; Pallium etiam fraternitati tuae, plenitudinem videlicet Pontificalis officii, ex Apostolica Sedis liberalitate largimur,

quo intra Ecclesiam tuam ad Missarum solemniam uti memineris eis diebus, quibus praedecessores tuos usos fuisse non ambigimus, videl. in Nativitate Domini, Epiphania, Ypopanton, tribus festivitatibus S. Mariae, Coena Domini, Sabbato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalizio S. Joannis Baptistae, & omnium Apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, S. Prothomartyris Sephani, S. Laurentii, sancti Martini, in solemnitate Omnium Sanctorum, & principalibus Ecclesiae tuae festis, necnon in Ecclesiis, Episcoporum, & ceterorum clericorum consecrationibus, & Anniversario consecrationis tuae die. Statuimus etiam, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones Gradenfis Ecclesiae impraesentiarum iuste & canonicè possident, aut in futurum iustis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permanent. Redditi autem, qui sive in Constantinopoli, sive in Histria, seu in Venetia, ab Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Judicibus, & populo Venetiae, praedecessoribus tuis, Dominico videl. & Joanni Gradonico, eorumque successoribus, & Gradenfi Ecclesiae iuste concessos, sicut eorum scriptis continentur: Ecclesias quoque, a religiosis viris eidem Ecclesiae Graden. oblatas, per Parochias ejusdem provinciae constitutas, cum omnibus, quae in eisdem Ecclesiis tuis juris esse noscuntur, tibi tuisque successoribus liberè confirmamus. Quanto itaque, dilecte in Christo frater, majori prerogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut in corrigendis subditis plus apud te possit ratio, quam potestas: atque te boni dulcem, & mali pium sentiant correctorem: personas diligas, vitia persequaris; ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas quos emendare desideras; sicque vulnus debes abscondere, ut non possis ulcerare, quod sanum est; ne si plus quam res exigit, ferum imprefferis, noceat cui prodesse festinas; & sic alterum conditur ex altero, quatenus & boni habeant amando quod caveant, & mali metuendo quod diligant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit praefatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones seu redditus auferre, minuere, aut aliquibus vexationibus seu infestationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subiacet: Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inventiant. Amen.

Bona quoque omnia eidem confirmat.

Ac praecipue, quae Constantinopoli, in Histria, & Venetiis legitime possident.

Adhorratio ad Henricum Patriarcham, ad iustitiam, aequitatem animi, & beatitudinem.

Solite conclusiones.

EGO LUCIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Conradus Sabinensis Episcopus. Ego Theodewinus S. Rufinae Episcopus.

Lucii PP. & S. R. Ecl. Card. subscriptiones.

Ego

Ego Albericus Ostiensis Episcopus. Ego Imarus Tusculanus Episcopus. Ego Petrus Albanen. Episcopus. Ego Guido Presb. Card. tit. S. Chrysoconi. Ego Petrus Presb. Card. tit. Pastoris. Ego Thomas Presb. Card. tit. Vestinae. Ego Ubaldu Presb. Card. tit. S. Praxedis. Ego Rainerius Presb. Card. tit. S. Stephani in Coelio Monte. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabinae. Ego Geraldus Diac. Card. S. Mariae in Domnica. Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus. Ego Petrus Diac. Card. S. Mariae in Porticu. Ego Gr. indignus S. R. E. Diaconus. Ego Joannes Diac. Card. S. Mariae Novae. Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bachi. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Guido Diac. Card. sanctorum Cosmae & Damiani. Ego Hugo Rom. Ecclesiae Diaconus in sancta Lucia in Horphaea. Ego Astaldus Diac. Card. sancti Eustachii juxta templum Agrippae. Datum Laterani per manum Baronis Cappellani, & Scriptoris, II. Kal. Aprilis Indict. VII. Incarn. Dom. an. MCXLIV. Pontificatus vero D. Lucii Papae II. an. I.

Dat. die 31. Martii anno Dom. 1144. Pont. an. 1.

IX.

Confirmatio honorum omnium, & jurium, ad Ecclesiam Regii Lepidi spectantium, cujus Episcopi Presbyteri in Regularium Ecclesiis curam animarum exercentium in spiritualibus subiciuntur.

Ex Archio. Cathedralis edidit Ughel. Ital. Sac. T. II.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Alheroni Regino Episcopo ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Exordium.

EX commisso nobis a Deo Apostolatus officio, fratribus nostris, tam vicinis quam longe positis, paterna nos convenit provisione consulere, & Ecclesiis, in quibus Domino militare dinoscuntur, suam iustitiam conservare; ut quemadmodum, disponente Deo, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Ea propter, venerabilis frater Albero Episcopo, tuis petitionibus clementer annuimus, & Reginam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dinosceris, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona impraesentiarum iuste & canonicè possident, aut in futurum rationabiliter in eis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & per vos eidem Ecclesiae, & illibata permanent: In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Canoniam sancti Prosperi, cappellam S. Joannis de Civitate, cappellam S. Jacobi, Canoniam S. Geminiani, cappellam S. Stephani, & ceteras cappellas ejusdem Civitatis, Monasterium S. Thomae, Monasterium S. Raphaelis, plebem de Menotio, cap-

Bona omnia eidem confirmat.

Quorum nonnulla enumerat.

Bull. Rom. Tom. II.

pellam S. Jacobi de Insula de Bibio cum aliis cappellis ejusdem, plebem de Thoano, cappellam Hospitalis de Ponte de Cavola cum suis possessionibus, & aliis cappellis ejusdem plebis, plebem S. Vitalis cum cappellis suis, & omnibus ad eam jure pertinentibus, plebem de Campiola, cappellam S. Venantii de Bufana, cappellam de Valesneria, cappellam de sancto Vito cum aliis Cappellis ejusdem plebis, plebem de Baifio cum aliis suis cappellis, plebem de Castro Ariano cum suis cappellis, plebem S. Eleuchadii cum suis cappellis, plebem de Albineto cum suis cappellis, plebem de Lecollo cum suis cappellis, plebem de Caviliano, cappellam de Jano, cappellam de Rezola, cappellam S. Prosperi de Graxiano cum aliis cappellis ejusdem plebis, plebem de Bibiano, cappellas de Bibianello cum aliis cappellis ejusdem plebis, plebem de Mutilana, cappellas de Curviaco cum aliis cappellis ejusdem plebis, plebem de Rivalta cum suis cappellis, plebem de Foliano cum suis cappellis, plebem de Arceto cum suis cappellis, plebem de Banio cum suis cappellis, plebem de Herberia cum suis cappellis, plebem de Prato cum cappella S. Martini de Rio, & aliis suis cappellis, plebem de Bagnuolo cum suis cappellis, plebem de Campo rotundo cum cappella de Corrigia, & aliis cappellis, plebem de Curte nova, plebem de Nuvolaria cum suis cappellis, Ecclesias de Campogniola, plebem de Fabrica cum cappella de Razolo, & aliis suis cappellis, plebem S. Zenonis cum suis cappellis, plebem S. Mariae de Novis cum suis cappellis, Ecclesiam de Gorgatela, & aliis suis cappellis, plebem de Quarantula cum suis cappellis, plebem S. Martini in Spina cum suis cappellis de Gavella & de Manziana, plebem de Cutiano cum cappella de Mulla & aliis suis cappellis, Ecclesiam de Gonzaga, plebem de Villula cum suis cappellis, plebem de Pigognaga cum suis cappellis, plebem de Bondeno Arduini cum suis cappellis, plebem de Suzaria cum suis cappellis, Ecclesiam de Loco-bello, Ecclesiam de Polefino, Ecclesiam de Zitola, plebem de Luzaria cum cappella de Sacca, & aliis suis cappellis, plebem de Guardistalla cum suis cappellis, Monasterium de Marola, Monasterium de Canusio. Praesentis quoque auctoritate decreti sancimus, ut universi Regni Episcopatus fines quietè deinceps omnino & integrè tam tibi quam tuis successoribus conserventur. Praedecessoris quoque nostri bonae memoriae Urbani Papae vestigiis inherentes sancimus, ut in Parochialibus Ecclesiis, quas tenent Monachi in tuo Episcopatu, vestro assensu Presbyteros collocent; qui, si idonei fuerint, a vobis animarum curam suscipiant, & de pleb. quidem curà vobis rationem reddant, Monachis verò pro rebus temporalibus debitam subjectionem exhibeant: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri

Confirmat quoque innes Ecclesiae ejusdem.

& Secreta Urbani I. de subiectione Episcopi in spiritualibus praestanda a Presbyteris in Ecclesiis Regularium animarum curam exercentibus.

Solite conclusiones.

M m 2

fri

Lucii PP. & S. R. Eccl. Card. sub- scriptiones.

stri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subiaceat: Cunctis autem eidem Ecclesiæ jura servantibus sit pax D. N. Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. EGO LUCIUS Catholice Ecclesiæ Episc. fs. Ego Conradus Sabinensis Episc. fs. Ego Gregorius Cardinalis SS. Sergii & Bacchi fs. Ego Gregorius Presb. Card. S. Sixti fs. Ego Guido Presb. Card. S. Chrysogoni fs. Ego Imarus Tusculanus Episcopus fs. Ego Petrus Albanus Episcopus fs. Ego Thomas Presb. Card. tit. Vestine fs. Ego Ubaldus tit. S. Praxedis fs. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabinae fs. Ego Nicolaus Presb. Card. tit. S. Cyriaci fs. Ego Guido Diaconus Card. SS. Cosimæ & Damiani fs. Ego Rodolphus Diac. Card. S. Lucie in Septa solis subscripsi. Ego Joannes Diac. Card. S. Hadriani fs. Ego G. R. S. Romanæ Ecclesiæ Diaconus fs. Ego Hugo Romanæ Ecclesiæ Diaconus in S. Lucia in Horfea fs.

Dat. die 2. Aprilis anno Dom. 1144. Pontif. ann. 1.

Datum Laterani per manus Baronis Cappellani; & Scriptoris, IV. nonas Aprilis Indict. VII. Incarnat. Domin. an. MCXLIV. Pontificatus verò D. Lucii II. anno I.

X.

Privilegium confirmationis Ecclesiæ in Castro Hallâ Canonicorum Regularium S. Augustini, bonorumque, ad eam pertinentium.

Ex Hundii Metrop. Salisburg. T. III.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Lanzoni Hallensii Præposito, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad Religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam Hallensem, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut in eadem Ecclesia, prout venerabilis frater noster Conradus Salisburgen. Archiep. ordinavit, & scripto suo firmavit, Ordo Canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Cappellam sanctæ Mariæ Muna, cappellam sancti Georgii Chiriphero, cappellam sancti Martini Nane, cappellam sancti Valentini Morzolis, cappellam in castro Pla-

Hallensem Ecclesiam sub protectione Sedis A. S. S. recipiens.

Bona omnia eidem confir. mat.

jen, cappellam in castro Halla, aquam in fonte Halla, quam dedit Ebo; aquam, quam dedit Jacco, prædia, quæ dedit Sigiboto, Unchen, & Occheim prædium, quod dedit Henricus & Pato, Nutzpoum, quartam partem decimalis falis. Sanè laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus sive laicus a vobis decimas exigere præsumat. Interdicimus etiam, ut nemini professionis vestre facultas sit, alicujus levitatis instinctu, vel arctioris Religionis obtentu, sine Præposito vel Congregationis licentia de claustris discedere; quod si discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium literarum cautione illum suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra Canonici Ordinis tenor, Domino præstante, viguerit. Si verò, secundo vel tertio vocatus, redire contempserit, liceat ejusdem loci Præposito, canonicam in eum proferre sententiam. Obvencit verò te, nunc ejusdem loci Præposito, vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte, sive quolibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel preponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam canonicè providerint eligendum. Sepulturam, quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, extreme voluntati & devotioni nullus obstat, nisi fuerint excommunicati: salvâ tamen iustitiâ matricis Ecclesiæ suæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ nimirum Salisburgen. Archiep. canonicâ iustitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo teritiòque commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei aliena fiat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Later. per manus Baronis Cappellani, Non. Aprilis, Indictione VII. Incarnationis Dominicæ anno MCXLIV. Pontificatus nostri anno I.

Regularibus ex Claustris qualibet causa discedere interdicit.

Præpositi electionem committit Canonicis.

Sepulturam inibi sibi deligere cuique indulget.

Decretum pro immunitate Ecclesiæ ejusdem.

Cum solis clausulis.

Dat. die 5. Aprilis anno Dom. 1144. Pont. an. 1.

Con-

XI.

Confirmatio Primatus Toletanæ Ecclesiæ.

Ex Opere Cæsionis de Primat. 2. tit.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Raimundo Toletano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè substituentibus, in perpetuum.

Exordium.

Sanctissima Romana & Apostolica Ecclesia, ab ipso Salvatore omnium Domino Jesu Christo Caput & Cardo est Ecclesiarum omnium constituta. Non decet igitur a Capite membra diffidere, sed eminenti rationi & supernæ provisioni capitis obedire. Moderatrix autem discretio capitis, singulorum membrorum officiosas actiones confederans, unicuique jus & ordinem a natura constitutum distinctè conservat, & quibusque nobilibus venustatis suæ dignitatem, sine invidia, sociali caritate custodit. Hac igitur inducti ratione, honorem nobilis & famosæ Toletanæ Ecclesiæ, Apostolicæ Sedis propriæ & specialis filix, volumus conservare; ideoque, venerabilis frater Raimunde, quem vera in Christo caritate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paternæ pietatis affectu duximus annuendum. Per præsentis ergo privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut per universa Hispaniarum regna Primatus obtineas dignitatem. Pallio itaque, a Sede Apostolica tuæ caritati concessio, in Missarum celebrationibus uti debetis tantum in præcipuis festivitibus: tribus videlicet diebus in Natali Domini, in Epiphania, Hypopontan, Cœna Domini, Sabbato sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, in solemnitatibus sanctæ Mariæ, sancti quoque Michaelis, sancti Joannis Baptiste, in omnibus natalitiis Apostolorum, & eorum Martyrum, quorum pignora in vestra Ecclesia requiescunt, sancti quoque Martini, & Ildefonsi Confessorum, & Omnium commeratione Sanctorum, in consecrationibus Ecclesiarum, Episcoporum, & Clericorum, in Annuo consecrationis tuæ die, & in Natali & S. Ildori & Leandri. Primatem te universi Hispaniarum Præsules respicient; & ad te, si quid inter eos exortum fuerit questionem dignum, referent: salvâ tamen in omnibus Romanæ Ecclesiæ auctoritate. Verum personam tuam propensiori gratiâ retinentes, censemus, ut solius Romani Pontificis iudicio ejus causa, si qua fuerit, decidatur. Sanè Toletanam Ecclesiam præsentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei Parochiam cum terminis suis, necnon & Ecclesias omnes, quas jure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes. Episcopales præterea Sedes, quas impræsentiarum iustè & quietè possides, eidem Toletanæ Ecclesiæ, tamquam Metropoli, subditas esse decernimus. Reliquas verò, quæ antiquis ei temporibus subiacebant, cum Dominus omnipotens Christianorum restituerit potestati, suæ dignatione misericordiæ, ad caput proprium referendas. decreti hujus auctoritate sancimus. Porro illarum Dioeceses civitatum, quæ Sarracenis indentibus Metropolitanos proprios amiserunt, eotempore vestræ subijcimus ditioni, ut quoad sine sine propriis extiterint Metropolitanis, tibi, ut

Raimundi Archiepiscopi precibus indulgens.

ei Primatum Hispaniarum confirmat.

Statuens, quibus præcipuis diebus Pallio uti debeat.

Confirmat quoque eidem jus cognoscendi Episcoporum causas: salvâ auctoritate Sedis Apost.

Complutensem Ecclesiam Toletanæ subijcit.

exteraque omnes, quæ antiquis ei subiacebant;

Ac insuper Ecclesias, quas de Sarraceno- rum manibus vindicari con- tingat.

XII.

Confirmatio privilegiorum omnium, a summis decessoribus Pontificibus Ariminensi Ecclesiæ, ejusque Episcopis concessorum.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Raynerio Ariminensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè promovendis, in perpetuum.

Ex Originariis Exemplari- rum hanc Bullam edidit Ughe. Ital. Sac. T. II.

Exordium.

IN eminenti Apostolicæ Sedis speculâ, disponente Domino, constituti, ex injuncto nobis officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Ecclesiis sibi a Deo commissis suam iustitiam conservare. Prædecessorum ergo nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, tuis, in Christo frater charissime Rayneri Episcopi, postulationibus impartimur assensum, & sanctam Ariminensem Ecclesiam, cui Deo auctore præfides, sanctæ Romanæ Ecclesiæ privilegiis munitis, ad ipsius Loci stabilitatem & pacem, Monasteria, plebes, Ecclesias, curtes, massas, falas, castella, casalia, vineas, terras, sylvas, paludes, prædia culta & inculta, cum decimis & colonis suis, servis & ancillis, aldionibus, & cæteris omnibus, quæ aliquorum fidelium concessione, sive acquisitione qualibet ei iustè & legaliter pertinent, vel etiam quæ de nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenet, tibi tuique legitimis successoribus confirmamus; In quibus hæc propriis nominibus duximus apponenda: scilicet infra civitatem Ariminensem. Ecclesias sancti Michaelis Archangeli, sanctæ Innocentiæ, sanctæ Mariæ in Tribio, & sanctorum Martyrum Cosimæ & Damiani, quæ vocatur sanctæ Crucis, sanctæ Agnetis, sancti Genesii, sanctæ Euphemie, Ecclesiam sancti Joannis Evangelistæ, sancti Martini, sancti Sylvestri, sancti Vitalis, sancti Laurentii sitam supra portam Gallinam, cum omnibus pertinentiis earum; extra Civitatem verò Monasterium sancti Petri cum Oratorio sancti Mauri, Ecclesiam sanctorum Andree & Donati, Ecclesiam sancti Joannis Baptiste, quæ vocatur foris portam, cum destructa Ecclesia sancti Stephani, quæ invicem sibi coheret. Ecclesiam sancti Apollinaris, & Monasterium sancti Gaudentii cum Oratorio sancti Victoris cum omnibus earum pertinentiis, Ecclesiam sanctorum Joannis & Pauli, Ecclesiam sancti Gregorii infra eandem Civitatem in suburbio, Ecclesiam sanctæ Mariæ Majoris, plebem sancti Angeli in salute, plebem sanctorum Joannis & Petri, quæ vocatur in Corpedo. Ecclesias sancti Mauri, sancti Martini, sancti Christofori,

san.